quanta discretionis cautela sit ad/
hibēda. pastorale vas gregorianū
perdocebit. Bene valete tādem so
cij et fratres precipua charitate cō
iuncti. Bona facite studia vestra et
me oratōnibus vestris commenda
tum habetote Superueniat māsue
tudo et corripiamur

Sequitur alia epistola ab eodem Cancellario

missa studentibus collegij nauerre
parisien

Ecce pareo votis vris socij
et fratres dilectissimi. Nup
siquidem ad vos vnam ex
cogitationibus meis litteris expo/
sui. Hoc bonū precipue omonens.
quatinus electioribus doctrinis ve
strum studium insudaret Neq; eniz
habetis necesse instar virgilij in lu/
to auruz querere. aut ex sterilis do
ctrine petra sugere mel oleumq; de
saxo durissimo Superadidi colen
dum sic intellectum esse. vt incultus
et aridus minime desereret affect⁹.
sed trāsiretis in affectū cordis. Re/
scripsistis ista beniuole vos accepis
se. et vt tale aliquid pluries agerē
postulastis. Sic fiat. Accipite rur/
sus aliud qd ex familiari vobiscuz
allocutione meum alleuet fastidium
quod animū indignabundo luctu
plenūq; exoneret amaricatōnis bi/
lem euomat. cui tamen vsquequaq;
sua nō deest vtilitas. Olim pluries
sed nouissime crebrius atz profun
dius in quodā ocio aduerse valitu
dinis mee pia meditatōne recogita
ui statū alme vniuersitatis parisien.
matris mee vt absentiam meam ab
ea ego vnus ex filijs eius minimis
mentis presentia compensarem. Oc
currunt animo multa semper in ea
preclaris laudibus attollēda. Aspi
citur quippe tanq; coruscus quidā
sol spiritualis ecclesiasticam machi
nam irradians. errorū quoq; tene/
brosas caligines suo nitēti puroq;
fulgore dispergens. Videtur insup
quasi fluuius ille paradisi in quat/
tuor partes diuisus irrigās vniuer
sam superficiem terre. Sed heu hic
nihil apud nos ex omni parte beatū
Ingerūt se rursus cogitationi mee
non pauca lugubria et que seuerā
correctōnis aut emendationis ma
num exigunt. quale ē illud q contē/
tiose opinionū atq; sententiarū par
tialitates quedā illic nimis pertina
ces perstrepunt. que et studiuz veri
tatis interrumpūt plurimū. et totū
vniuersitatis corpus actuosum inq;
etum et parum modestum et tumul
tuosum magis q; sua requireret p
fessio constituunt. Ab his inquieta/
tionum contētionū q; fluctibus ve
lim vos quantuz fas extiterit alie/
nos effici Neq; frustra niti omnes ex
uperare conat⁹ improbos puerso/
rum. presertim vbi ex altiori trahūt
sue factionis aut improbitatis ori/
ginez. Capite que dico. alioqn nun
q; par vob nunq; securitas. et stu
dio vestro nunq; decens tranquil
litas donabit. Obsunt pterea par
tialitates quedaz affectate q vincē
di pertinax animositas. personarū
insup nationū vel preacceptio vel

contemptus. Non enim sinunt ambulare in domo dñi cuz osensu per veritatis atz charitatis iter. quod commune pacificum q a talibus expeditissimũ esse debz. Cum christo enim neqz aduena neqz scitha neqz barbarus. Alium subinde in christo cerno vniuersitatis studio defectum. et hunc quidez maximũ. Iste est circa iuuenũ disciplinã in morib' imo q in fundamentali primitiuoz suozũ eruditione nõ mediocris defectus aut error agente hoc vt plurimũ nimis exuberanti pedagogorũ multitudine. quozũ aliqui salua laude bonozũ et absqz contumelia cuiusquã dixerim vel ceca ignorantia vel segni negligentia vel questu ola maleqz placẽte adulatione. vel inepta leuitate vel quod intoleraliter pestiferum est contagioso puerissime vite exẽplo ipis suis scholaribus noxĩ sunt. a quibus non extirpãt malas inclinationũ radices. sed nutriunt et augmentant. dũ vel corrigẽ eos ne abeant extimescunt. vel qz religio pietas qz sordent eis et suum indignum officio deputãt talia suos edocẽ scholares. aut qm̃ parent ne docentes illud quod negligunt incidant illud improperiũ pueris etiam notissimuz Turpe est doctori cum culpa redarguit ipm. Sic adolescentie frena laxant. sic eunt in adinuentionibus suis dimissi ꝑm desideria cordis coruz. et per vitiozũ auia ruunt precipites. Fiũt exinde cõtumeliosi. vagi. petulãtes inobedientes. proni ad inimicicias inferendas. impatientissimi ad illatas. irreligiosi preterea nihil amplius a paganis de christiana religione perdocti. Postremo vt de q̃busdam Judas apls ait Macule sunt. vel vt vulgus loquitur sacci carbonum. alter alterum pessimis modis maculantes. Sed q quales domi sẽt foris in sermonibus palam faciũt. vbi p sũma que ibi obseruãda erat morũ modestia insolentissimis atz incompescibilibus sibilationib'. gestibus et obmurmurationibus omnia confundunt. et verbum dei cuz suo euangelisãte probrose spernũt. impediunt. turbant. et abrumpunt. Nec paruũ existimandũ est illud incommodũ. qm̃ satis est scitum illõ Arl. Non parum refert iuuenem sic vel sic assuefieri. Et q̃a certe ex non bñ morigeratis et ex sinistre instrũctis adolescentib' fiunt iuuenes atqz viri. postmoduz non tm̃ inutiles reipublice vniuersitatis. ꝗ ipsius etiam totum corpus fedant lacerantqz. et in bonozum perniciem crudeliter seuiunt. Quid sane mirandum si ex discholis discipulis fiũt pernicioſi doctores? Neqz gradus collatus adimit sed nequiciaz auget potius ex superbia. vel latentem foris prodit. Denicqz sicubi nutat fundamentũ doctrine ideo q̃ preproperе imperfecte vel inepte collocatũ extitit. quicquid amplioris scientie superedificaueris. vacillare minusqz habere solidi roboris necesse est. Nec in ipsa meditatiõe mea video q cõfundor. plangore simul et luctu concutior. et vltra quid agã. qualiẽ ve prouideam quib' vtiliter oquerar

nō satis inuenio. Scriberē hec ipis figillatim pedagogis. sed immēsus esset. et apud eoꝝ plurimos nullus habeo mutue cognitōnis seu familiaritatis commertiū. Scriberē ad omnes collectiue. sed videte ne stulto labore consumerer. quoniam et paruitatis mee zelum plures eorū more suo vel irriderent vel ei succē serēt vel de presumptione culparēt. Credite mihi amarissima ē veritas sed nescio quo pacto apud nullos eoꝝ amplius q̄ꝫ apud litteratos q̄ sapientes sunt in oculis suis. apud quos omnis vel admonitio charitatiua vel fraterna correctio cōtumeliose et vindicande deputat iniurie Postremo predicarem talia adolescentibus ipsis. sed me absentem scitis et ipsi monitoribus asperi sūt vt Flaccus ait. atq̄ ob vehementissimos passionuꝫ strepitus obsurderent vitati. Neq̄ verbis rudes eruditi possunt. stulticia colligata est in corde pueri ait Sapiens. sed virga disciplinę fugabit illaꝫ. virga dicit non verba. Tertius defectus acrit vrget animū qui nouiter suborius nō paruo dedecore in vniuēsitatis gloria maculā ponit. Pluries itaq̄ relatio fide dignoꝝ mihi tam prope q̄ꝫ remote degēti significauit deesse frequenter sermones in vniuersitate etiaꝫ dñicales ad clerum. qd nuper aliquod monstro simileꝫ pene intolerabile semel accidisse visū extitisset. Cogor tum ex hoc tum ex alijs quibusdam illam deflere scissuram miserabilem et mutilationeꝫ luctuosam partis non modice vniuersitatis parisien̄ p̄sertim a sacra theologie facultate. cuius scissure causam prebuerit illius de monte sono erronee temerarie et impie assertiones. Nolo putet aliquis me hoc loco iustificationem seu defensionem partis illius que depulsa vt auulsa est suscepisse. fratres predicatores loquor. Viderint ipi quid egerunt. ego enim fidenter et constanter affirmo condemnationem erroꝝ prefati de monte sono rationabiliteꝫ catholice factam. que dum deferretur in romana curia. ego ipse baccalarius cursor tunc existens cū ceteris precellentissimis atq̄ sapientissimis viris ab vniuersitate legatis presens interfui. Sed nunquid qui ceciderūt non audient vt resurgāt. quinetiam pia mr̄ vniuersitas hec que actenus filijs irata ē. nunquid tandem misericordie recordabitur aut cōtinebit in ira sua misericordias suas? Nunquid tot oues pascue sue si deliquerint a errauerint eternaliter abijciet? imo etsi redire contemnerent. exemplum christi pij pastoris imitandū erat vt quererenṫ. et pia quadam violentia ad ouile proprium obnitentes traherentur. quanto amplius dū id totis vt dicitur affectibus et votis expostulāt et precanṫ. Vt videre mihi videor quosdam non p̄m scientiam zelum habentes. qui mox obijcient Parati inquiunt sumus eos suscipere. pacem reformare. sed integritas fidei sed vniuersitatis honor. sed ipsius demū indemnitas a laboribusq̄ expensis pretermitti nequaquam p̄ñt

Quiero nō sic loquor vt talia iudi/
cem negligenda. nego tam illa tan
ta seueritatis animositate requiri de
bere et ad vnuz vt dicitur vulnus
secari ꝙ in illō de siluana victoria
dictum est. excessit medicina modū.
christiani sumus et in schola cha/
ritatis quotidie versamur sb illo q̄
ait Discite a me quia mitis sum et
humilis corde. Et Nisi remiseritis
peccata ꝛc. Ergo non tam quod li/
ceat ex iuris rigore q̄z quid expedi
at exquirat. Ceterum memoriter te
neo cur et qualiter p̄mitus ab vni/
uersitatis consortio via quadaz in
directa segregati sunt fratres p̄di/
cti Statutum eniz et sclusum erat
vt omnis gradusq̄ honoris in vni
uersitate expers fieret quisquis nō
juraret tenere condemnatōnez sup
erroribus predictis ab vniuersitate
prius. dehinc ab Ep̄o parisiēsi fa/
ctaz. Distulerunt hoc agere bacca
larij fratribus predictis tunc expe/
diendis. causantes se a superiorib'
suis licentiam ad hmōi prestationē
iuramenti necdū petisse vel habuis
se Ex hac origine neqz grad' neqz
cathedram neqz sermones posteri'
adepti sunt. Audiui tamē expost vt
omnes aut plurimos eoz ad prefa
te conditionis adimpletionem pre/
sto fuisse. ꝙ si etiaz nunc vellent nō
viderenk penitus non admittendi.
Attenderent ovtinam omnes q̄ be
nigna recogitatione secū tractarēt
quanta qualis ve iactura spiritualk
est q̄ fuit tot actenus sermones tot
lectōes. tot salubres instructiones.
in vniuersitate et alibi exinde cessas
se. Quinetiam naturalis pietas exi
git vt mater filio aberrāti. et corp'
membro egrotāti compassione mo
ueak. Deinde considera damnuz p
prium in sermonibus. in propositio
nibus et alijs. tum audi monitionē
metro comprehensam. Si non vis
alijs parcere parce tibi Nec loquar
vexationes. opprobria et carceres.
ab illis quos loquimur perlatas.
que tamen mansuetosq̄ benignos
extimatores ad misericordiaz velo
cius impendendā deflecterent. Pas
sa est ex aduerso fateor vniuersitas
laborum et expēsarum damna plu
rima. ipsa tamen meo iudicio leuik
obliuiscenda aut contemnenda sūt
pro commercio pacis. p fraterna
reconciliatione. pro redintegratio/
ne tante partis abrupte. tm̄modo
fidei sua integritas. et vniuersitati
suus honor permaneant. vel fallor
vk satis ē Exclamabūt fortassis
ad hec plurimi eiusdem mecum esse
sententie. qm̄ pacis zelatores a sūt
aut videri volunt. Verum tū dum
ad excusationem ventum erit. qui/
busdam eorū nihil ꝙ offerri possit
ad reconciliationem eius sufficiat.
quin assidue calumnientur vel fidei
vel vniuersitatis honorem non ser/
uari. ita demū neqz recōciliatio vn
q̄z neqz pax habebik Ceterum non
sum tam insolens vt vsurpem diffi
nire quo pacto ea que prediximus
fides scilicetq̄ vniuersitatis honor
illesi manerent. Hoc vnuz apud me
persuasum firmik habeo. posse ista
etiaz de facili contingere. si ad hoc
non dicam omnes. non dicaz multi

sed paucissimi de vniuersitate cum paucis fratrib' recta integra qz volūtate operam dare voluerint Qd si ex corde noluerint q̄cquid hora blanda loquatur. nulla via nullis p̄cibus. nulla oblatione id ipsum valebit obtineri. Cur ita? Nimirū semper allegabunt hanc esse causam fidei. nec ex ea posse quicq̄m remittē Quid igit reliquum est nisi vt apd semet ipsum quisqz redeat. constituat ante cordis oculos luctuosā hāc scissuram cum preteritis incommodis? Videat diligēter et acriter ad reparandam hanc iacturam quātū facultatis aut gratie donuz desup accepit. tunc omni deposito contentionis studio inquirat pacem q̄ persequatur eam. Hoc est quod nunc agere satago. hoc est quod p vice mea his in scptis offero. Porro q̄ntum proficiā vel obero prorsus incerto fluctuat animus. noui publicos hominū mores. noui quātā iudiciorz sentētiarz qz varietas. noui qz implacabiles indomabiles qz regnant in quorūdam cordibus affectiones. quantuz vigeat in eorz linguis obloquendi libertas effrenis. qualiter in operib' persequendi bonos feror licētia deseniat. Noui deinde qz paucorz est bona q̄ solicita fide que Jesu christi non q̄ sua sūt querere. Hec vt scripta studui non in publicū sed ad paucos traducē. quos prodesse nō obesse considerē Oblatrabunt scio si ad quosdā scripta hec delata fuerint. ferentes indigne. imo pro scelere vel mutabilitate deputantes. q̄ pacem iacobitarū videar optasse. aut pro ea verbum scriptum ve fecisse. Sz libera voce fateboz nec illud vnqz pudori deputabo. me nunc et prius olim semper dū modeste volui vel optaui recōciliationem ipsorz in medijs etiam litibus optauisse. Pereant q̄ de mīris aut mystici corporis feda mutilatione gloriant. q̄ nō sanatōni student. Sz medelam q̄rentibus cruceliter irascunt. et qui ad diuisionē magis qz pulcerrimā vnionem demoniaca impietate pellunt quorum psecutio si pergūt in pacificos vnitatis amatores furere. spernenda ē et generoso animose virtutis pede calcanda. hoc prouiso ne damnosius inde nascatur in vniuersitate vl' republica scandalum. hoc enim qd vehementer pertimescendū censeo magis qz persecutionem propriaz Nunc et alias euitaui palaz dicere vel agere aliqua que dicenda vel agenda suggerebat zelus meus nisi mihi mentio verax in eis et deuot' Vestrum igitur erit has qualesqz litteras vel pdere vel obtegere. deducere rem ad quosdam qui extra sunt vl' penitus omittere. Attamen quis scit si ppici' aspirabit de'. q̄ dabit voci sue vocē virtutis ex hac rememorationis occasione vt audientes audiāt et intelligētes intelligāt et p bono pacis adipiscendo benigniori mente laborent? Hoc est qd deprcor quod supplico. quod per illum qui pax nostra est obtestor. in q̄ bene valete. mei memores in orationibus vestris. Scriptū Brugis